

3^e dimanche après Pâques

Introït

Iubiláte Deo, omnis terra, allelúia :
psalmum dícite nómini eius, allelúia :
date glóriam laudi eius, allelúia, allelúia,
allelúia.

Dícite Deo, quam terríbilia sunt ópera
tua, Dómine ! in multitudíne virtútis
tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Poussez vers Dieu des cris de joie, ô
terre entière, alléluia ; chantez un
hymne à son nom, alléluia ; rendez
glorieuse sa louange, alléluia, alléluia,
alléluia.

Dites à Dieu, que vos œuvres sont
terribles, Seigneur. A cause de la
grandeur de votre puissance, vos
ennemis vous adressent des hommages
menteurs.

Collecte

Deus, qui errántibus, ut in viam possint
redíre iustítiæ, veritátis tuæ lumen
osténdis : da cunctis, qui christiána
professione censéntur, et illa respúere,
quæ huic inimíca sunt nómini ; et ea,
quæ sunt apta, sectári. Per Dóminum
nostrum.

O Dieu, qui montrez à ceux qui errent la
lumière de votre vérité, afin qu'ils
puissent rentrer dans la voie de la
justice : donnez à tous ceux qui sont
placés dans les rangs de la profession
chrétienne, la grâce de rejeter tout ce
qui est contraire à ce nom, et
d'embrasser tout ce qui lui convient.

Alleluia

Allelúia, allelúia. Redemptiónem misit
Dóminus pópulo suo.

Allelúia, allelúia. Le Seigneur a envoyé la
délivrance à son peuple.

Allelúia. Oportebat pati Christum, et
resúrgere a mórtuis : et ita intráre in
glóriam suam. Allelúia.

Allelúia. Il fallait que le Christ souffrît, et
qu'il ressuscitât d'entre les morts, et
qu'il entrât ainsi dans sa gloire. Alléluia.

Offertoire

Lauda, anima mea, Dóminum : laudábo
Dóminum in vita mea : psallam Deo
meo, quám diu ero, allelúia.

O mon âme, loue le Seigneur. Je louerai
le Seigneur pendant ma vie ; je chanterai
mon Dieu tant que je serai, alléluia.

Secrète

His nobis, Dómine, mystériis
conferátur, quo, terréna desidéria
mitigántes, discámus amáre cæléstia.
Per Dóminum nostrum.

Que grâce à ces mystères, ô Seigneur,
nous soit accordé ce qui, en modifiant
nos convoitises terrestres, nous
apprendra à aimer les choses célestes.

Préface pascale

Vere dignum et iustum est,
æquum et salutáre, Te quidem,
Dómine, omni témpore, sed in hoc
potíssimum gloriósius prædicáre, cum
Pascha nostrum immolátus est
Christus.

Ipsé enim verus est Agnus,
qui ábstulit peccáta mundi.
Qui mortem nostram moriéndò
destrúxit et vitam resurgéndo
reparávit.
Et ideo cum Angelis et Archángelis,
cum Thronis et Dominationibus
cumque omni milítia cæléstis exercitus
hymnum glóriæ tuæ cánimus,
sine fine dicétes :

Il est vraiment juste et nécessaire,
c'est notre devoir et c'est notre salut,
de vous louer, Seigneur, en tout temps,
mais surtout avec encore plus de gloire
en ce temps où le Christ, notre Pâque, a
été immolé.

Car il est le véritable Agneau
qui a ôté les péchés du monde.
Il a détruit notre mort par la sienne
et nous a rendu la vie en ressuscitant.
C'est pourquoi, avec les Anges et les
Archanges, avec les Trônes et les
Dominations, et avec toute la milice de
l'armée céleste nous chantons l'hymne
de votre gloire en disant sans cesse :

Communion

Módicum, et non vidébitis me, allelúia :
íterum módicum, et vidébitis me, quia
vado ad Patrem, allelúia, allelúia.

Encore un peu de temps et vous ne me
verrez plus, alléluia ; et encore un peu de
temps et vous me verrez, parce que je
m'en vais auprès du Père, alléluia,
alléluia.

Postcommunion

Sacramenta quæ súmpsimus,
quæsumus, Dómine : et spirituálibus
nos instáurent aliméntis, et
corporálibus tueántur auxiliis. Per
Dóminum nostrum.

Nous vous en supplions, Seigneur, que le
sacrement par nous reçu, nous restaure
en tant qu'aliment spirituel et nous
protège comme secours pour nos corps.

